

B28

ad diuina. Unde nullus illorum modo  
rum: quos prius enūtat. sufficit ad ex-  
plicandum quomodo in diuinis aliquid  
esse in aliq̄ dicatur. et proprie mo-  
dus ille quo in essentia proprietates  
esse dicuntur: quia non inuenitur in  
creaturis aliqua diuersorum gene-  
rum in ydemptate rei conuenire  
sicut relatio. et essentia in diuinis  
conueniunt. ratione cuius unum al-  
tero esse dicitur. scilicet paternitas  
in essentia. sicut in proprie. sicut in intel-  
lectum. sed modus ille quo proprie-  
tates non personales sunt in personis. habet  
aliquid simile illi modo quo forma  
est in materia. vel forma accidentalis in  
subiecto. Sed modus ille quo proprie-  
tates sunt personales in personis. habet  
aliquid simile. cum illo modo quo dif-  
ferentiae sunt in specie. vel natura  
cōm in inferiori. quā in his maior  
dissimilitudo. quā similitudo inueniatur.

**A**D QVARTVM Sic  
proceditur. Videtur quod  
essentia adiectiua de pro-  
prietatibus predicantur. quocūque enim  
sunt idem sicut rem. quicquid de uno  
dicitur. et de altero videtur dici. alia  
affirmatio et negatio de eodem ve-  
rificatur. quia de quo non dicitur af-  
firmatio. dicitur negatio. sed proprie-  
tates sunt ipse deus. ut probatum est  
quod essentia adiectiua. que de diui-  
na essentia predicantur. etiam de pro-  
prietatibus predicari debent. **P** de  
similibus idem est iudicium. sed  
quodam essentia adiectiua. de proprie-

tatibus predicantur. ut inensul inens  
et quod videtur. quod etiam omnia alia. **S**ic  
videtur. quod etiam adiectiua notio-  
nalia. seu personalia de proprietatibus  
predicantur. quia maior est conueni-  
entia personali adiectiui cum pro-  
prietatibus. quā essentialium. sed quedam  
essentialia predicantur de proprietatibus  
ut dicitur. et quod multo magis omnia  
personalia. ut dicitur paternitas est  
generans. vel inactibilis. et sic de  
aliis. **P** sicut boetius. nulla oppositio  
est uerior. illa in qua idem esse  
predicatur. sed omnes dicunt. quod ipa-  
tre idem est paternitas. et generare  
quod potest uere dici. quod paternitas  
generet. **C**onsequenter sicut proprie-  
tas est idem res cum personis. ita etiam  
et essentia. quous ueritas differat ratione  
sed ratione huius ydemptatis. non se-  
quitur quod notionalia adiectiua  
predicantur de essentia. proprie diuisum  
modum signandi. qui causat diuisum  
supponit. non enim dicitur. quod essentia  
sicut generata. quod eadem ratione uidetur  
quod non debet dici filatio generata.  
**C**onsequenter dicitur. quod sicut dicitur est  
proprietatis persona. et essentia. sicut rem  
non differunt. sed sicut rationem tamen  
et diuisum modum signandi. Unde dis-  
tinguendum est in adiectiuis. quod  
omnia illa que predicantur conditiones rei  
absolute. predicantur commiter de proprie-  
tate. persona et essentia. et huiusmodi  
sunt adiectiua negativa. ut crea-  
tus et huiusmodi. quous uero modus exp-  
munt. in quo ista tria. essentia. proprietatis

366

79/811 E220

3711 Aquinas. Sent. late 15

Ege 40

9